



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Amor Sui

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

tem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem, tan- tundem in te domino tuo licere. Sen. ad Luc. epist. 47.

Habet in aduersis auxilia, qui in prosperis commodat. Senec. in proverbijs.

Qui succurrere perituro potest, cum non succurrit, occidit. idem.

Tacite danda sunt beneficia, vt nota sint folijs, quibus profunt. Interdum etiam ipse, qui iuuat, fallendus est, vt habeat, nec a quo accepit, sciat. Senec. lib. de benef.

Multum interest inter materiam beneficii, & beneficium. Itaq; nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum, quæ a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. ibid. lib. 1. cap. 5.

Plerique sunt qui beneficia asperitate verborum & supercilio in odium adducunt, eo sermone vsu, ea superbia, vt impetrasse pœniteat. ibid.

Tempore beneficia magna sunt. Beneficium est, vsus in fame panis. Beneficium est, arentibus siti, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus, monstrare fontem. Eo animo quidquid debetur, quo datur, nec quantum fit, sed a quali voluntate penditur. Maius enim aur minus fit, quamuis idem sit tempore, loco, causa. ibid. l. 3. cap. 8.

Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægè dimittere vilis est, & sic dare, tanquam si sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia, parata, facile occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. ibid. libro 2. cap. 1.

Optimum est, occupare antequam rogemur. Quia cum homini probò ad rogandum os corruat, fusiundatur robore, quem ob tormentum remittit, multiplicat munus suum. ibid.

Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit. Nulla res carius constat, quam quæ precibus emptæ est. Molestum enim verbum est onerosum, & demisso vultu dicendum, rogo. ibid.

Nihil charius æstimamus, quam beneficium, quamdiu perimus: nihil vilius, quam cum accepimus. Vanum bene positum beneficium, multorum amissorum damna restituit. ibid.

Quamuis omni perenti dare debeas: ramen in beneficio spectandi sunt mores eius, qui datur, & animus erga nos, & cohabitatio vitæque societas, & ad nostras vilitates officia ante collata. ibid.

Pulchrum sanè prædicandum, beneficium, nulla dilatione suspensum, nullis precibus redemptum, nullis meritis comparatum. Gratius est enim donum, quod venit ante preces. ibid.

Quis nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid suspicatus est à se peti, frontem obdixit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus & de industria non inuenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & varijs artibus necessitates properantes elusit? In angusto verò comprehensus aut distulit idem, aut timide negauit, aut permisit, sed diffidit, sed subductis supercilij, sed malignis, & vix excurrentibus verbis? ibid. lib. 1. c. 1.

Deos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur, Demus beneficia, non foeneremur. idem.

Succurrere paupertati amicorum stude, imò potius occurrere. Seneca lib. 2. de moribus.

Clementiæ esto cultor, sæuitiæ detestator. Seneca de formul. vitijs.

Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus & humilis. idem.

Deum amabis, si illum in hoc imitaberis, vt velis omnibus prodesse, nulli nocere. idem.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Macrobius lib. 2. Saturn. malium.

Fructus ingenij & virtutis, omnisque præstantiæ tum maximè capitur, cum in proximum quenque confertur. Cicero lib. de Amicitia.

Cur miscrare potius, quam feras opem, si id facere possis. Cicero lib. 4. Tuscul. quest.

Beneficij magnitudo ex vilitate atque honestate aut necessitudine demonstratur. idem lib. 2. Rhetor. veter.

§ POSTICÆ SENTENTIÆ.

Ex Prospero. Quod sibi quisque noluit fieri, non inferat ulli. Louchius Poeta. Si conferre cupis cuiquam beneficia benignus, Tum prius exornet quem tua dextra, vides. Deuote bonos meritis, res optima multis, Non vult ex illis gratia longa tibi. Sed si desit ar in forum velle facultas. Redde stultis qui sedet arce pater. Iesus Syrach Eccl. c. 7. Pauperibus semper clementem porrigere dextram, Te super se veniat gratia magna Dei: Vitis saluanti benedictio nominis ad sit: Teq; probet toto quicquid in orbe viger. Louchius. Corde creatorem de toto dilige summum: Hunc solum ex omni robore mentis ama. Cum deus est Domini filios coluisse ministros: Esse Deum seruos vult in honore suos. Qui tibi diuini pandunt mysteria verbi, Sincero Christum pectore ore docent: Trinitas illis cum summo deser honore: His offer, quod habes, mandat se ipse Deus. Quid lib. 2. de Ponto. Eleg. 3. Mitius est lasso dextram supponere mento, Mergere quam liquidis ora natantis aquis. Quid. de Ponto. lib. 2. Eleg. 9. Regia crede mihi res est, succurrere lapsis: Conuenit & tanto, quantum es ipse, vno.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Hæc tantum præcepti mei summa est: Sic cum inferiore viuas, quam admodum tecum superiorem viuere velis. Quoties in men-

Amor sui.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Amor sui, Græcè ἑαυτοῦ ἀγάπη. Propriè dicitur φιλαυτία. Est sui amans, qui sui ipsius causa cuncta peragit, in quibus quæpiam subest vilitas. Arist. lib. 2. Mag. Moral. c. 13.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Philautia omnium cogitationum affectus inducentium causa H 4 con-

POLYANTIEA

constituitur. Ex hac enim generantur tres concupiscentiæ cogitationes, etiam fortissimæ, nempe crapulæ, auaritiæ, & inanis gloriæ. Cæterum ex crapula nascitur licentia: ex inani gloria, superbiæ: reliquæ omnes vnamquamque ex tribus consequuntur, nimirum cogitatio iracundiæ, tristitiæ, acceptarum iniuriarum recordatio, fœcordiæ, inuidentiæ, oblocutionis, & reliquæ. Illi ergo affectus rebus materialibus constringunt animum, eundemque in terram detrahunt instar grauissimi lapidis illi incumbentes, cum naturâ suâ igne sit leuior & celerior. *Maxim. de charitate, cent. 3. 56.*

Omnium affectuum principium est philantia, finis autem superbia. Porro philantia amor est, quo corpus complectimur, rationi non consentaneus. Hanc qui amputauerit, eadem opera omnes affectus ex ea orientes abscidit. *Ibidem.*

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Periander.  
Σεαυτὸν μὴ ἀμελεῖς, id est, *Teipsum ne negligas.*  
Pitacus & Chilon.  
Γνώθι σεαυτὸν, id est, *Cognosce teipsum.*

Bias.  
ἐὶς κατόπτον ἑωυτοῦ ἴσας θάλασσαν,  
καὶ ἐν ἑαυτῷ φανερὸν ἔχει τὸν ἑαυτοῦ  
πρόσωπον. Ἔστι δὲ εἰς αὐτὸν τὸ τοῦ ἑαυτοῦ  
ἴσας ἑωυτοῦ καὶ ἑωυτοῦ ἴσας.  
*In speculum cum inspectis contemplantur,  
Et si quidem pulcher apparet, digna se  
Fac. Si vero deformis, facies  
Defectum illustra prohibet artibus.*

Menander.  
ἑαυτὸν οὐδὲ ἐν ἑαυτῷ κακοῦτοῦτο.  
*Seipsum nullus fatetur esse malum.*

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quo in genere (inquit de animaduertendis vitiiis verba faciens) non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex alijs iudicare: vt si quid dedecet in illis, vitemus & ipsi. Fit enim nescio quomodo, vt magis in alijs cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. *Cicer. lib. 1. de Offic.*

Vt enim pictores, & ij, qui signa fabricantur, & veri etiam Poetæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult, vt si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: hinc & secum & cum alijs, quid in eo peccatum sit, exquirunt: Sic aliorum iudicio permulta nobis & faciendâ & non faciendâ: & mutandâ & corrigendâ sunt. *Ibidem paulo post.*

Vide Philantia.

Amor patriæ.

§ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

**A**mor patriæ, Græcè ἔργος πατριδός, φιλων πατρίδα, est pietas, quæ debetur patriæ.

§ PATRUM SENTENTIÆ.

Nolite existimare, maiores nostros armis Rempublicam magnam ex parua fecisse: sita esset, multo pulcherriam nos haberemus. Quippe sociorum atque ciuium, præterea armorum & eorum maior copia nobis, quam illis. Sed alia sunt, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: Domi, industria, foris, iustum imperium: animus in conseruando liber: neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam & auaritiâ: publicè egestatē, priuatim opulentiam: Laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen, omnia virtutum præmia ambitio possidet. *August. lib. 5. de Ciuit. Dei. Catonem loquentem inducit.*

*Moribus antiquis res stat Romana viri q̄.*  
Versum hunc vel bicuiate vel veritate, tanquam ex oraculo quodam affatum esse, mihi videtur. Nam neque viri, nisi morata ciuitas fuisset, neque mores, nisi his viri præfuissent, aut fundare aut tam diu tenere potuissent, tantam & tam longe lateque imperantem Rempublicam. *Aug. lib. 2. de ciu. Dei. Recti autem Scipium Ennii poeta.*

Non censo felicem Rempublicam stantibus mœnibus, ruentibus moribus. *August. lib. 2. de ciu. Dei. loquens de Scipione qui hæc dicebat.*

Auersa & peruerfa corda mortalium, felices res humanas putant, cum tectorum splendor aspiciatur, & labes non attenditur animarum, cum theatrorum moles extruitur, & effodiuntur fundamenta virtutum. *Aug. lib. 5.*

Odit valde patriam, qui sibi bene putat, cum peregrinatur. *Aug. super P. Jul. 93.*

Nostra ætas, cum Rempublicam sicut picturam accensibilem, euanescente vetustate, non modo eam coloribus vitibus fuerat, renouare neglexit, sed nec id quidem curauit. Quod nim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit Rempublicam stare Romanam, quos ita obliuione obsoleto videmus, nec attendo non colantur, sed etiam ignorentur. *Aug. lib. 2. de ciu. Dei. 1. c. 2. in verbis Ciceronis lib. 3. de Reipubl.*

Hic Reipubl. vitus est, leges omnibus esse communes, seruari eas deuotione communi, vno omnem tenere vinculo, alijs ius esse, quod alijs sibi intelligat non licere, sed quod licet licere omnibus, & commune reuerentiam, patrum quoque consilio Rempublica gubernetur. Commune omnibus vrbis studium, commune conuersationis officium, vnum præterea patriam esse, vnum consilium. *Ambr. hom. 5.*

Nimis dulcis est recordatio patriæ, quæ in hostili terra potest existere. Nam quando hæc amara magis sentitur, rarior illa potest: de loco enim peregrinationis, proprijs domibus, crebro affectus. *Cassiodorus super illud: Super flumina Babylonis.*

Vnicuique patria sua charior est, dum supra omnia salutem quaeritur, vbi ab ipsis cunabulis commoratur. Feris datum est, quæ silvasque quaerere, hominibus autem fores patrias super conuicta ligere. Aues ipsæ per æera vagantes, proprios nidos amant, et rari feræ ad cubilia dumosa festinant: voluptuosi pisces euernas perquirunt, cunctaque animalia ibi se norant refugere, vbi summa cupiunt ætate consistere. *Cassiodorus. lib. 1. epist. 32.*

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quam perquirere. *Cass. epist. 39.*

Nobilissimi cuius est patriæ suæ augmenta cogitare, sed maxime, quos Reipubl. summis honoribus obligauit. *Cass. lib. 1. epist. 10.*

Vtilitatem publicam, diuturna non conuenit iudicatione ferri. *Idem lib. 5. epist. 31.*

Constat, felicem Rempublicam, quæ multis respicendæ ornata ciuium. *Idem lib. 5. epist. 11.*

Ciuis non habetur, qui vrbis suæ gratiam non tuerit. *Idem lib. 5. epist. 36.*

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Homerus in a. Iliados.  
Οὐ τοι ἀνεκὸς ἀμνηστῆρα πατρὸς τιθῆμαι.  
Id est,

Non illi indecentis pugnant pro patria mori.

Idem in a. Odyssæ.  
ἄντιπε ἰδὲ κορυφῆς  
ἱμῶνος καὶ καπνῶν ἀποθροῦ καὶ λυγρῶν  
ἢ γαίης, δαίτην ἰμεῖς τεύχου, id est,

Sed vbi hysse.

Cupidus saltem sumum cum egredientem videtur

A sua terra, mori cupido pacificus.

Idem in i. Odyssæ.  
οὐτὶ ἔτι γὰρ  
ἢ γαίης δὲ νόμου γλυκύτεροιο ἄλλο ἰδὲ δῶκε, id est,

Neque vti que ego

Mea terra possum melius aliud videre.

Periander.

Οὐκ ἐπιὶ τὴν πατριδὸς, id est, *Morere pro patria.*

Quid de Ponto. lib. 1. Eleg. 4.

Nescio quia natale solum dulcedine cantos

Ducit, & immennores non sinit esse sui.

Horat. Carin. lib. 3. Od. 2.

Dulce & decorum est pro patria mori.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Nam vt præclare scriptum est a Platone: Non nobis solum matrem, ortuq; nostri partem patriam vindicant, partem amici. *Cic. lib. 1. de Offic.*

Magna etiam communitas est, quæ conficitur ex beneficijs citroque datis. Et infra: Omnium societatum nulla est gratior nulla charior, quàm ea, quæ cum Reipubl. est. *Idem.*

Vt enim tutela, seque procuratio Reipubl. ad eorum vtilitatem commisi sunt: non ad eorum, quibus commissâ est, gerenda. *Idem.*

Habere enim quaesitui Reipubl. non modo turpe est, sed & detestatum & nefarium. *Idem lib. 2. de Offic.*

Hæc genera officiorum qui prosequuntur cum summa vtilitate Reipublicæ, magnam ipsi adipiscuntur & gratiam & gloriam. *Idem.*

Neque enim nobis solum diuites esse cupimus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque Reipubl. Singulorum enim facultates & copias, diuitiæ sunt ciuitatis. *Cic. lib. 3. de Offic.*

Sed si quis, qui apud te pecuniam deponeret, bellum inferat patriæ? Reddesne depositum? non credo. Facies enim contra Rempublicam quæ debet esse charissima. Sic multa quæ honesta